Splendidiſſima quædam ac Divina planè hic habetur Legatio, accuratiſſimè ſecundum omnes Cauſas ſuas & Circumſtãtias deſcripta.

- 1. Efficiens
  - 1. Princeps: *ipſe* DEus, v. 26.
  - 2. Famulans: *Angelus* Gabriel, *ibid. Porrò tempus etiam hic & locus notatur: quando & quò miſſus fuerit.*
- 2. Materia *circa quam, ſive Objectum, tùm*
  - 1. Perſonale; Virgo, *cujus exprimitur:*
    - 1. Conditio: *deſponſa erat Viro, qui deſcribitur à*——
      - 1. *Nomine,* v. *27.*
      - 2. *Genere Regio, ibid.*
    - 2. Nomen: *Maria,* v. *27.*
  - 2. Reale: *Annuntiatio Conceptionis & Nativitatis Meſſiæ. Quod ex ſeqq. patet.*
- 3. Forma, *ad quam ſpectat Angeli ad Mariam Virginem ingreſſi, Oratio: Cujus IV. ſunt partes:*
  - 1. *Exordiũ quo Eam reddit,*
    - 1. *Benevolam à Prærogativa Divinitus ipſi inter mulieres ſolì data,* v. *28.*
    - 2. *Docilem, de vero ſalutationis ſuæ ſenſu. Docilitatis*——
      - 1. *Occaſio fuit* διαταραχὴ *Mariæ,* v. *29.*
      - 2. *Modus* παραθαῤῥυντικὸς v. *30.*
    - 3. *Attentam: Ecce,* v. *31.*
  - 2. *Propoſitio: Concipies in Utero, & paries Filium,* v. *31. Additur autem Declarationis ergò tùm*——
    - 1. Ονοματοθεσία, *quodnam imponi Nomen ſancto puero debeat,* v. *31.*
    - 2. Προσωπογραφία, *qualis & quantus idem futurus ſit,* v. *32. 33.*
  - 3. *Refutatio, (quam ſic dicere docendi gratiâ liceat) Cujus duo ſunt membra:*
    - 1. *Objectio* Virginis, *qua* τὸ πῶς *explorat Argumento ducto à communi Lege naturæ, quæ eſt: ut ex Maris & fœminæ conjunctione (cujus expers ſit) concipiantur Liberi,* v. *34.*
    - 2. *Solutio Angeli, qui non naturale: ſed ſpirituale: hoc eſt, Spiritus S. proprium opus & peculiare fore indicat: Unde &* τὸ γεννώμενον *ex ipſa* ἅγιον *non tam Hominis, quàm ipſius DEI Filium vocatum iri,* v. *35.*
  - 4. *Confirmatio,*
    - 1. *A Pari: ſcu æquè abſurdo Rationi, quod tamen ante ſemeſtre jam acciderit, &c.* v. *36.*
    - 2. *Ab Omnipotentia DEI,* v. *37.*
- 4. Finis optimus *& exoptatiſſimus Eventus:*
  - 1. Virgo, *Verbo credens, concipit,* v. *38.*
  - 2. Angelus, *re feliciter confecta, diſcedit, ibid.*